



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XLIX. Charta Ansemundi & Ansleubanae, cujus mentio habetur in superiori  
praecepto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

## XLIX.

*Charta Ansemundi & Anselbana, cujus mentio habetur in superiori precepto.*

Ex eodem chartulario Viennensi.

\* ut

**D**Omne filie Remilæ & vocabulo Eugeniæ Ansemundi & conjux dilecta mea Anselbana. Non habetur incognitum qualiter fratres senatu nobilis Viennensis res nostras tibi tradidimus, \* & monasterium, quod Deo vovimus ad sepulturam nostram, inde construes in honore sancti Andree Apostoli, quod nos jam feceramus in honore sancti Petri in bello campo foras portam civitatis, & tu infra de facultate nostra & foras ossa sanctorum Dei requiescerent. Damus autem ad hoc opus integrum cortilo hereditatis nostræ non longo à loco qui dicitur Martis, totum quod infra vel foras civitatem hereditario jure possedimus, & quicquid ibi nobis obvenit legibus, ut sanctis feminis monasterium ibi constituas, & ex ordine vivant quos sanctus Leonianus sancto monasterio urbis nostræ instituit, ubi soror nostra Eubona Abbatisa præest, cujus institutione nutrita & ipsum . . . . . altario matris Viennensis Ecclesiæ, sicut nos vovisse non dubitas, instrumentis factis absque mota consignat, ut mater nostra Viennensis Ecclesiæ inde nostra heres fiat. Consignamus tibi ad hoc opus omnes res nostras illas, exceptas quas matri Ecclesiæ & sancto Petro per testamentum legavimus & illas quas heredibus dimitimus, alias totas potestati tue concedimus, votum nostrum inde impleas, & Deo perfecta placere valeas. Ego Servilus jubente Domino meo Ansemundo & Domna mea Anselbana scripsi, roboravi, anno 11. regnante Domino Lotario.

## L.

*Preceptum Ludovici Pij Imperatoris de vico qui dicitur Epæonis in diocesi Viennensi.*

An. 831. Ex eodem chartulario \* sancto-

**I**N nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata ob amorem Dei \* eorumque reverentiam beneficia opportuna largimur, id nobis procildubio ad æternæ retributionis præmia capessenda profuturum liquido credimus. Idcirco norum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris presentibus scilicet & futuris quia spontanea voluntate adiens serenitatem culminis nostri vir illustris Abbo Comes, qui & vicum qui dicitur Epæonis, qui erat ex ratione sancti Mauricij ex Episcopatu Viennensi, ubi nunc auctore Deo Bernardus Archiepiscopus Præsul esse dinoscitur, beneficiario munere ex nostra largitione habebat, ubi erant etiam Ecclesiæ destructæ & discoopertæ, quarum sunt vocabula sancti Andree Apostoli & sancti Romani martyris, precibus quibus valuit nostram obsecra vit clementiam . . . . . quantumcunque ipse ibi ex

beneficio . . . . . Ecclesiæ sancti Mauricij Viennensis redderemus, quod ita . . . . . fidelium nostrorum cognoscat industria. Pro summitatis verò studio, ut hoc quod supradictus Abbo in supradicto vico habebat, & nos ad ejus deprecationem sæpe dicto Bernardo Archiepiscopo immo ejus sanctæ sedi reddidimus, rectores eorum perpetuo jure ecclesiastico tenerent atque possiderent, hos imperiales apices fieri iussimus, per quos decernimus atque sancimus ut ipsum vicum & res quas ibidem hæcenus præscriptis Abbo habuit & ad eundem vicum atque ad eandem Ecclesiæ, quæ ibi fuerunt dicata in honorem & venerationem sancti Andree Apostoli & sancti Romani martyris, pertinent, ita rectores supranominatæ sedis teneant atque possideant sicut ceteras res quæ ad supradictum episcopium pertinent, & faciant exinde quicquid elegerint jure ecclesiastico. Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ per futura tempora inviolabilem atque inconculsam obtineat firmitatem, anuli nostri impressione signati iussimus.

Dutandus Diaconus ad vicem \* Fridarig reco- \* Fridugisi gnovit.

Data v. Nonas Martias anno Christo propicio xviii. imperij Domni Hludovici serenissimi Augusti, Indictione v.iii.

Actum Aquisgran palatio regio in Christi nomine feliciter. Amen.

## L I.

*Vetus narratio de origine & privilegiis monasterij sancti Antonini in diocesi Ruthenensi.*

**I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis. Ex archivo monasterij S. Antonini Ruthenensis. Pippinus Dei gratia sicut Francorum ita & Aquitanorum Rex . . . . . imminet populorum, ad quorum procuracionem Dei providentia festinare non distulit, & ut mores hominum emendaret, & quæ à falsis catholicis destructa fuerant monasteria reformaret, & quæ non stabant, & suis hereditariis amplificaret, & quæ non fuerant in Dei honore magnificè edificaret, iter arripens salutare, quod desiderio Domino disponente complevit & actione. Qui cum iter ingressus ad explendum divinum opus in laude & gloria Dei Patris & Salvatoris nostri Iesu Christi & datione sancti Spiritus procedentis à Patre & Filio, loca sanctuaria visitans honoranda, quæ terrenis opibus locupletando consolidat, & quæ stabilita invenit numeribus & exemplis stabiliora confirmat, qua in re solertia pervigil ad complendum quod in corde pertractat suum prepositum, & quod Deus annuit illi, illud se studiosius obedire promisit, & quibus resedit locis dona contulit plurima temporalia, & admonendo cælestia, talique desiderio æstuans ad beati martyris sancti Antonini locum ob suorum suffragia ministrorum perfummè venerandum, quia ejusdem martyris venerabile caput ibidem summo honore repositum signis & miraculis longè latèque, dum pius Rex advenerit, & tanta martyris patrocinia perpenfus fuerit folerter, eo in loco residens cum mag-

XXx ij